



URBANVS PAPA

Octavus: Ad perpetuam rei memoriam:

Christi Saluatoris & Dñi nostri, qui charitas est, & Deus pacis vices meritis licet imparibus gerentes in terris, inter grauissimas Apostolicæ seruitutis curas, in eam peculiari studio incumbimus, vt inter Christi fideles quoslibet præsertim in sortem Domini vocatos sublati litium, & controuersiarum, an fractibus pax & concordia vigeat, & conseruetur, & quæ propterea inter ipsos Christi fideles concorditer facta fuisse comperimus, quo firmus subsistat, & inuolubiliter obseruetur libenter Apostolicæ confirmationis præsidio communimus prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Cùm itaque sicut accepimus vertentibus inter dilectos filios Clerum Regnorum Castellæ, & Legionis ex vna, & Clericos Regulares Societatis Iesu in Regnis prædictis existentibus, ex altera, partibus diuersis lib. bus super solutione decimarum litibusque huiusmodi præuia illarum à quibuscumque iudicibus, & Tribunalibus auocatione per Nos vni ex dilectis filijs Castellanis nostris causarumque sacri Palacij Apostolici Auditoribus conjunctim commissis Granatens. Conchen. Corduben. Malacitan. Placentin. Calagurritan. Cartagenen. Segouien. Gadicien. Palentin Mindonien. Caurien. Oxomen. & Lucen. Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum respectiue Capitula, necnon Societas prædicta nomine Collegiorum, & Domorum in dictis Diocesis existentium, mediantibus suis Procuratoribus, vt priuilegiarum, & literarum tam Leonis XI. & Gregorij XV. felicitis recordationis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quam nostrarum quibus partes prædictæ inmittuntur, & quarum occasione lites huiusmodi ortæ fuerunt discussæ, & sumptus euitentur, & pax certa inter ipsas coalescat, & conseruetur ad infra prædictam, sub nostro & Sedis Apostolicæ beneplacito deuenerint concordiam, cuius tenor est, qui sequitur videlicet. In Dei nomine. Amen. Sit notum cunctis præsens publicum instrumentum tractationis, & concordie hæterorumque in eo contentorum visuris qualiter in oppido Madridi Curia Maiestatis sue Diocesis Toletan. die vigesima secunda mensis Decembris, Indictione sextæ, anni millesimi sexcentissimi trigesimali octauo, Pontificatus Sanctissimi Patris nostri Urbani diuina prouidentia Papæ Octauo, anno decimo sexto. In præsentia mei Didaci de Gaurondo, Auctoritate Apostolica Notarij publici, testiumque infrascriptorum comparuerunt personaliter D. D. Licentiatu Sebastianus de Huerta, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Ciuitatis Granatens. Licentiatu don Ioannes Fernandez de la Rea, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ ciuitatis Burgen. Doctor don Didacus Ortiz de Zayas, Canonicus Doctoralis Cathedralis ciuitatis Conchen. Doctor don Ioannes Perez Delgado, Canonicus Magistralis Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Corduben. Doctor don Ioanes Ibañez de Ozilla & Argote, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Malacitan. Doctor don Emanuel de Valcacer, Canonicus Doctoralis Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ ciuitatis Placentin. Doctor don Ludouicus Rodriguez de Vergara, Canonicus Magistralis Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ ciuitatis Calagurritan. Doctor don Didacus de Rueda, Archidiaconus, & Canonicus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ ciuitatis Cartagenen. præsentatus per suam Maiestatem ad Episcopatum Tuden. Don Thomas Serrano de Tabia Canonicus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Segouien. Doctor don Ioannes Baptista Suarez de Salazar, Canonicus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Gadicien. Doctor don Ioannes Hurtado de Mendez, Archidiaconus de Campos, Dignitas & Canonicus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Palentin. Doctor don Ioannes de Omaña Vallejo Cantor, & Canonicus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Mindonien. Doctor don Antonius Rubinos Canonicus Magistralis Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Caurien. Doctor don Didacus del Canto & Rincon Succentor Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomen. Doctor Petrus de San Cebrian Rois & Loaces, Canonicus Penitentiarius Sanctæ Ecclesiæ Lucen. Virtute mandatorum Procuræ, quæ habent à Capitulis dictarum Sanctarum Ecclesiarum, & à Dominis Episcopis eorumdem, quæ originaliter

7 Burgen. 9 sanctæ Ecclie / delectum / redi / non valeat

13

conſignarunt mihi præſenti notario ad effectum inferendi in præſenti inſtrumento, quo-
rum tenores per ordinem ſequuntur, vt infra. In ciuitate Granaten, die xviii. men-
ſis Maij M. DC. XXXVIII. in mei ſcribz, & teſtium infraſcriptorum præſentia D. D.
Decanus, & Capitulum ſanctæ Cathedralis Eccleſiæ præſentis Ciuitatis conuocati, &
congregati in eorum Capitulo, vt moris eſt, vocatis ſiquidem per diem ante, per medium
Iuſtini Barro Scepriſeri ad familia videlicet Doctõr don Petrus de Molina Decanus, don
Franciſcus Bermudez de Pedraça Theſaurarius, Licenciatuſ don Allentiuſ de Pedraça
cum voto, don Didaci de Robles, & Arcæ Archidiaconi, Doctõr don Ioannes Ceros
Caruaja, Licenciatuſ don Ludouicus de Salinas, Licenciatuſ don Gundifaluuſ de Acoſta
cum voto, Doctõris don Franciſci de Barrientos Canonici huiuſ ſanctæ Eccleſiæ pro ſe
metiſipſiſ, & nomine æterorum Capitularium, & Canonicorum huiuſ ſanctæ Eccleſiæ
pro quibus præſentibus vocem, & cautionem de rato, & grato manente, & factõ, & quod
ratum, & gratum habebant quicquid infra continebitur, & contra illud non venirẽt, nec
quidquam facerent aliqmodo ſub expreſſa obligatione quam ad hunc effectum fecerunt
proprietarum, & huiuſ ſanctæ Eccleſiæ honorum, & reddituum habitorum, & habendõrum
dixerunt, quod cum hæc ſancta Eccleſia illiuſque Capitulum habuerit, & ſuſtineat
litẽram, & cauſam contra Collegium Societatis Ieſu de & ſuper ſolutione decimarum, ad
quarum ſolutionem teneri dictum Collegium prætendit ſtatus Eccleſiaſticuſ, ſuper qui-
bus tractarunt de conventionẽ, & concordia inienda cum Patre Ioanne Camacho nomi-
ne totiuſ Religionis. Ideo vt dicta concordia ſuum fortitur effectum conſtituerant ipſo-
rum Procuratorem cum plena ſufficienti, ac de iure neceſſaria, & requiſita in tali caſu fa-
cultate, & poteſtate, & prout melius poteſt, & debet valere, Licenciatum Sebaſtianum
de Guerra Canonicum huiuſ ſanctæ Eccleſiæ residentem in oppido Madriti, & huic nego-
tio vacantem ad nomine huiuſ ſanctæ Eccleſiæ, & illiuſ Capituli tractandã, & effectuan-
conventionem, & concordiam in iura ſuper præmiſſis illamque inueniẽti modo, & forma ſi-
bi bene viſiſ, & faciendum, ac ſtipulandum ſuper ea inſtrumentum, ſeu inſtrumenta, quæ ab
ipſo erunt, perita cum cauſiſ conditionibus, & firmitatibus neceſſariis, & requiſitiſ pro
illiuſ valore ſuſtinentia, quæ poſtquam erunt facta, & ſtipulata Capitulum iſtud ex nunc
approbat, & ratificat, & obligat ſe ſare eiſdem per inde, ac ſi illorum ſtipulationi præſens
fuiffet, ei namque dederunt, & conceſerunt nempe dictõ Canonico Sebaſtiano de Guerra
facultatem, & poteſtatem ad præmiſſa neceſſaria, etiam ſiſ caſuſ, & res, quæ requirant
aliud magis ſpeciale mandatum, & quamuis hic non ſpecificetur cum libera, franca, & ge-
nerali adminiſtratione cum clauſiſ ad lites, & facultate iurandi, & ſubſtituendi in totum,
vel in partem, quem, & illiuſ ſubſtitutoſ reſeruarunt in forma ſufficientiſ, & pro gerendorũ
firmitate obligarunt ipſorum bona, & reddituſ ſpiritualia, & temporalia, & huiuſ ſanctæ
Eccleſiæ habita, & habenda, in quorum fidem, & teſtimonium dederunt præſens procurator
mandatum eorum ſcriba, & teſtibus infraſcriptiſ, in cuiuſ regiſtro propriiſ ſubſcripſerunt
nominiſ, Doctõr don Petrus de Peralta cantor huiuſ ſanctæ Eccleſiæ, & Licenciatuſ
don Ludouicus de Salinas Canonicuſ illiuſ, quos nominarunt in Commiſſariõ ad hunc
effectum, præſentibus pro teſtibus Iuſtino Barro Scepriſero, & Gaſpare de Soto, ac Dida-
co Garcia in colis Granatæ, Doctõr don Petrus de Peralta, Doctõr don Ludouicus Fernan-
dæ de Salinas, coram me qui aſceſſor cognõſcere conſtituentes Franciſco de Guadala-
xara Scriba. Ego Franciſcus de Guadaluara Scriba Regiõs Domini noſtri, & incolæ præ-
ſentis Ciuitatis Granaten, præſens fui ſtipulationi huiuſ inſtrumenti vna cum teſtibus, &
conſtituentibus, & originale remanet in regiſtriſ Antonij Romero Scribæ publici de nu-
mero huiuſ Ciuitatis in folio ſigilli quarti, in quorum fidem publicauim. In teſtimonium ve-
ritatis, Franciſcus de Guadaluara Scriba. Sit notum, & maniſeſtum cunctiſ præſens pu-
bicum inſtrumentum mandati procuratoris viſuris, qualiter nos Præſidẽs, & Capitulum ſan-
ctæ Eccleſiæ Metropolitanæ huiuſ Ciuitatis Burgen conuocati, & congregati, vt moris
eſt in Capella corporiſ Chriſti, videlicet, don Ioannes de Ayala Guzman, Archidiaconuſ
Burgen, Præſidẽs don Franciſcus de la Torre cantor, don Ionnes Baptiſta Francẽs de
Vrriſgoyii Archidiaconuſ de Valpueſta, Licenciatuſ Garpar de Zuaço, Licenciatuſ Di-
dacuſ de Soto Carrança, Doctõr Somola, don Antoniuſ de Montoya, Licenciatuſ Al-
phonſuſ Guillen, Licenciatuſ Petrus Bueno, Licenciatuſ Baſtaſar de Bibanco, Doctõr
don Bartholomæuſ de Caſtro Archidiaconuſ de Birbieſca, don Hieronymuſ Pardo Ab-
baſ ſancti Cirici, don Petruſ Miguel Scholaſticuſ, Doctõr Mena de Toſantos, don Fran-
ciſcuſ Abarca Maldonado, Licenciatuſ Criſpiana, Doctõr Brauo, Michael de Aguiera
Riõs, don Franciſcuſ Garcia de Arnedo, don Ioannes de la Torre, Licenciatuſ Anculo
Arpe, don Franciſcuſ à ſancto Martino, omneſ Canonici dictæ ſanctæ Eccleſiæ in ſacriſ
inter lineas / et / si / omnia / et / omnia / de / c / unjta / ad / valeant / daleant / c / non / valeant — Or-



Unibus constituti qui constituunt maiorem partem Canonicoꝝ dictæ Ecclesiæ pro
 absentibus infirmis legitimè impeditis, & fueris, pro quibus præstamus vocem, & cautio-
 nem de rato, & grato iudicatumque solvendo, videlicet quod ratum, & gratum habebunt
 quidquid virtute huius mandati procuræ fiet sub expressa obligatione quam facimus bo-
 norum, & reddituum nostræ mensæ Capitularis, & dictæ cautione præmissa constitutum
 Procuratorem nostrum cum plena, sufficienti ac de iure quæsitâ facultate, & potestate, Li-
 cencia cum Don Ioanne Fernandez de la Rea fratrem nostrum, & Canonicum huius
 sanctæ Ecclesiæ eiusque Congregantem specialiter ad hoc, vt nomine nostro, & successori
 nostro vt possit effectuare, & stabilire concordiam initam, seu, vt speratur in iedâ cū Pa-
 tribus Societatis Iesu in causa decimarum modo, & forma quibus sancta Congregatio
 tractauit, & pro maiori parte approbavit, super qua concordia misit folium impressum
 ad hanc sanctam Ecclesiam, & ad alias Regnorum Castellæ, continens decem capita, cum
 tali tamen limitatione, & conditione, quòd quatum ad caput decimum quod est vltimum,
 quod continet, & dicit: Vbi autem non adierit lis neque concordia dari debeat quieti, &
 pacificæ possessioni solvendi aut non solvendi decimas, in quorum verborum loco est di-
 cendum, quod in sanctis Ecclesijs in quibus non adfuerit lis neque concordia, adimplea-
 tur in omnibus illud quod modo fit, & stipuletur, & cum dicta emendatione, & correctio-
 ne verborum faciat, & stipulet dictam concordiam, modo, & forma quibus fuit concor-
 data per dictam sanctam Congregationem, & ex nunc obligamus nos meripfos, nostrosque
 successores, & promittimus stare dictæ concordie illamque seruare, & cuncta in ea con-
 tenta, & quatenus necesse sit ad maiorem abundantiam habemus illam hic pro inserta, &
 incorporata de verbo ad verbum foret nam ad præmissa omnia accessoria, & dependentia
 ad obtinendum, & impetrandum approbationem, & confirmationem Apostolicam, damus
 eidem sufficientem facultatem, & potestatem cum libera, & generali administratione, &
 cum alijs clausulis de iure necessarijs pro plus maiori robore, & substantia, & ad obser-
 uandum, & adimplendum præmissa, obligamus bona, & redditus spiritualia, & temporalia
 nostræ Capitularis mensæ habita, & habenda, & pro præmissorum complemento damus, &
 tribuimus facultatem, & potestatem iudicibus iuxta Sanctitatis, vt nos cogant ad præmissa
 ad instar diffinitivæ sententiæ in iudicatu transactæ, ad quæ effectum renuntiamus nostro
 proprio foro, iurisdictioni, & domicilio, & legi si conuenerit de iurisdictione omnium iudi-
 cam, necnon beneficio Capituli Odoardus de solutionibus de penis, & iuramus in verbo
 sacerdotis per ordines sanctorum Petri & Pauli seruare, & adimplere dictam concordiam,
 & quidquid virtute huius mandati procuræ fiet, & non petere abolitionem, nec relaxa-
 tionem ab isto iuramento, in quorum testimonium ita concedimus, & consentimus coram
 presenti Notario, & testibus in dicta sancta Ecclesia die quarta Iunij anni M. DC.
 XXXVIII. presentibus pro testibus Ioanne de Amaya, Nicolao de Soto, & ventura de
 Arenas, incolis habitatoribus dictæ Ciuitatis, & ego Notarius attestor quòd cognosco
 constituentes, & quòd dictus Præsides, & aliqui Capitulares se suscipi se riant pro seme-
 tipsis, & alijs eo quod sit Capitulum, don Ioannes de Ayala, Doct̃r don Bartholomeus
 de Castro, Doct̃r Ioannes Baptista Frances de Vrritogoyti, don Hieronymus Pardo,
 Licenciatus Didacus de Soto Carrançã, don Petrus Miguel, Licenciatus Gaspar de Zua-
 ra, Doct̃r Ioannes Bravo, Bachalareus Alphonsus Guillen, Actum coram me Domi-
 nico de Loyola. Ego Dominicus, prius de Loyola auctoritate Apostolica Notarius pu-
 blicus, Secretarius doctorum Decani, & Capituli præmissis præsens fui in quorum fidem
 meum signum facio, & me subscribo. In testimonium veritatis, Dominicus de Loyola
 Notarius. In Dei nomine Amen. Sit notum, & manifestum qualiter in admodum nobili ad-
 modumque legali Ciuitate Conchen. die xxij. mensis Septembris anni M. DC.
 XXXVII. indictione sexta Pontificatus Sanctissimi Patris, & Domini Urbani diuina
 prouidentia Papæ Octauij, anno xv. in præsentia, & per acta mei presentis Notarij publi-
 ci testiumque infrascriptorum in Capitulo sanctæ Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis
 conuocati, & Congregati, vt moris est Doct̃r don Ioannes Pincero, & Ossorio Vice Deca-
 nus pro semetipso, & nomine don Thomæ Rodriguez de Monroy Capellani maioris, qui
 ad eum misit illius votum, don Petrus Zapata Prior, don Alphonsus del Pozo Palom-
 no pro semetipso, & nomine, don Didaci de Salcedo Veancos Archidiaconi Conchen.
 qui ad eum misit illius votum, don Ioannes de Ayerue de Aragó, don Didacus de Frias,
 Doct̃r don Antonius Payno pro semetipso, & nomine don Antonij Suarez Treviño The-
 saurarij, & Doct̃oris, D. Gasparis de Ctriales, & Arce, qui ad ipsum transmiserunt illorum
 vota, don Ioannes de Soria, & Quisones, don Petrus de Sandoual, omnes Canonici, &
 Præbendati habentes vocem, & votum in dicto Capitulo pro semetipsis, & alijs D. D.
 Præbendatis, & Canonici dictæ sanctæ Ecclesiæ, pro quibus præstiterunt vocem, & cau-

tionem de raris, quod rarum, & gratum habebunt quod hic continetur sub obligatione. Ita
notum, & reddituum Capitulique specialiter obligarunt, & sub hac promissione, & obli-
gatione pro semetipsis, & nomine dicti Capituli, & tamquam protectores quales sunt sta-
tus Ecclesiastici huius Civitatis, & Diocesis constituerunt ipsorum procuratorem cum
plena sufficienti, & de iure necessaria, & requisiti facultate, & potestate, Doctorem don
Didacum de Otero de Zayas Canonum Doctoralem dictae sanctae Ecclesiae ipsorum fra-
trem residentem in oppido Madridi in sancta Congregatione quo ad praesens celebratur
in dicto oppido ad dictum nomine uti nomine talium protectorum dicti Cleri, & status Ec-
clesiastici conveniendum, & concordandum cum Collegijs Societatis Iesu istorum Regno-
rum, & cum illorum Procuratoribus ipsorum nomine super decimis, quas solvere debent
ex praedictis, & terris quas dicta Collegia possident in hac Civitate, & tota illius Diocesi
tam scilicet de frumento, avena, tritico, ordeo, spelta, vino, & carne, quam de alijs quibusvis
fructibus de quibus est solvenda decima, conveniendo, & concordando super dicta decima
modo, & forma eis bene visis, & modo quo convenerunt, & concordaverunt in sancta
Ecclesia cum facultate comparandi eorum suam sanctitatem cumque Illustrissimo Datario
aut Vicecancillario, seu coram personis eorum vices habentibus, ac coram quibus expe-
diens, & necesse erit nec non praesentandi quascumque supplicationem, seu supplicationes,
& faciendi quaecumque acta, & diligencias iudiciales, & extrajudiciales, necessarias, & op-
portunas, & quidquid dicti Constituentes facerent, & facere possent si praesentes essent,
quamvis talia sint, & talis qualitates, quae de iure requirantur magis specialis manda-
tum, & personalem praesentiam aequalis aequae facultatem, & potestatem ipsi habent, ta-
lem dant, tribuunt atque concedunt dicto eorum procuratori ad hoc, ut propter defectum
mandati procurare non omittat fortiri effectum illud quod in praesenti continetur cum om-
nibus suis incidentibus & annexis, & connexis cum libera, & generali administratione, cura &
cultate faciendi quaecumque iuramenta ad rem faciendam, & substituendi unum procuratorem
rem, duos, vel plures illosque reuocandi, & alios de novo nominandi praesenti procuratori
mandato in suo robore permanente, & obligarunt se habere gratum praesens procurator man-
datum, & quidquid illius virtute fiet, & contra ea non venient aliquo unquam tempore,
sub obligatione propriam personarum, & honorum, ac reddituum Ecclesiasticorum dictae
Civitatis, & totius Diocesis, quem relevarunt in forma iuris, & pro potiori firmitate,
ita concesserunt coram me praesenti Notario publico Apostolico eorum Secretario, &
testibus infra scriptis, & commiserunt subscriptionem huius mandati Procura nomine di-
cti Capituli dicto Doctori don Joanni Piñero, & Osorio Vicedecano, & don Alphonso
del Pozo Palomino, praesentibus pro testibus Francisco Martinez Sartore, Juliano del
Castillo Lanitore Capituli, & Francisco Garcia incolis, & habitatoribus huius Civitatis
Conchen. & ego Notarius Secretarius attestor quod cognosco contentes, Doctor don
Ioannes Piñero Osorio Vicedecanus, don Alphonso del Pozo Palomino, ac cum Co-
ram me Ludouico Mro Notario Secretario publico, & ego subscripsit Ludovic. Mro
Notarius Apostolicus, Secretarius dictorum Decani, & Capituli dictae sanctae Ecclesiae, & No-
tarius officij sanctae Inquisitionis huius Civitatis praesens sui stipulationis huius mandati
Procuratoris cum contententibus, & testibus. In quorum fide subscripsi, & publicavi. In testi-
monium veritatis Ludouicus, Maestro Notarius Secretarius. In Dei nomine Amen. Sit no-
tum, & manifestum cunctis praesens publicum instrumentum mandati Procura virtutis,
lecturis, & audituris qualiter in Civitate Corduben. die xix. mensis Iulij anno a Natiuitate
Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi M. DC. XXXVIII. indictione sexta, Anno
XV. Pontificatus sanctissimi Patris, & Domini nostri Urbani Diuina providentia Papae
Ostavi in Capella sancti Clementis constructa in sancta Cathedrali Ecclesia Corduben.
Capitulariter Congregati, & convocati D. Doctor don Garcia Alvarez de Benauides
Canonius Doctoralis sanctae Ecclesiae Astorice. Prouisor, & Vicarius Generalis Cuius-
tatis, & Diocesis Corduben. nomine, & pro parte Illustrissimi Domini don Frat. Do-
mimizi Pimentel, Dei, & sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopi Corduben. Regij-
que Consiliarij, & virtute illius commissionis, & specialis mandati quod infra scripta
habet, & exhibuit coram praesenti Notario, & Secretario ad effectum, ut in seruat in pre-
senti instrumento cuius tenor ad litteram sequitur, ut infra, don frater Dominicus Pi-
mentel Dei & sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopus Corduben. de consilio suae
Maiestatis. Cum per sanctam Congregationem sanctarum Ecclesiarum istorum Regno-
rum Castellae, & Legionis tractatum fuerit, & tractetur de iniendo concordiam cum
Patribus Religiosis Societatis Iesu istorum Regnorum, & cum Patre Ioanne Cama-
cho illorum nomine de & super solutione decimarum granorum, & rerum quae dicta
Religio colligit, ad quam concordiam in iudicium fuit confectum memoriali continens
q et dependant / q publicum / delectum / publicum / binij non valent / Capitulu-

Capitula, & conditione sub quibus est faciendā, & stipulanda dicta concordia quoniam Capitulum, & conditionum fuit transmissa copia ad sanctas Ecclesias, & nos fuerimus consulti super copia transmissa ad nostram sanctam Ecclesiam, per D. D. Decanum, & Capitulum illius, & resolverimus fieri, & stipulari huiusmodi concordiam, & ad hunc effectum sit necesse dare mandatum procuratorum insimul cum dicto Capitulo, sed cum propter premissas occupationes quibus preamur in regimine, & gubernio nostri Episcopatus non valeamus personaliter interuenire, neque assilere stipulationi dicti mandati procuratorum insimul cum dicto Capitulo, itaque administratores quales sumus reddituum decimalium huius Diocesis, ideo tenore presentium damus commissionem, seu committimus Doctori Garcia Aluarez de Benauides nostro Provisorio, & Vicario generali, ad hoc, vt nomine nostro interueniat, & assilcat personaliter in dicto Capitulo, & det mandatum, seu mandata Procuratorum necessaria persone, & personis per dictos D. D. Decanum, & Capitulum nominanda ad effectum effectuandi dictam concordiam, & stipulandi scripturas pro illius robore, & subsistentia necessarias cum clausulis generalibus, & specialibus, ac specialissimis, & opportunis, & ad faciendum quicquid, nos si presentes essemus faceremus, & facere valeremus, & dandum ad hunc effectum, pro vt ei damus commissionem, & potestatem in forma, cum facultate, quod possit nomine nostro dare facultatem, & potestatem similitur ad faciendum quacumque licita, & honesta iuramenta necessaria pro stabilitate, & obseruantia dictae concordiae, & obligare pro illius subsistentia, robore, & valore bona, & redditus nostrae Episcopalis Mensurae nam per presentes illum releuamus, & approbamus, atque ratificamus gerenda, prout et si specialiter forent inserta in hac commissione. In quorum fidem insimus expediti, & dedimus presentes nomine, & manu nostris subscriptas, sigilloque armorum nostrorum sigillatas, ac publicatas per nostrum Secretarium in Civitate Cordubensi die XIX Iulij, Anni M. DC. XXXV III. Frat. Dominicus Episcopus Cordubens. De mandato Domini mei Episcopi Doctor Antonius Pardo. Et vtens dictae Commissionis ac potestatis relata, dictus D. Provisor, & Vicarius Generalis, & Domini Decanus, & Capitulum dictae Sanctae Ecclesiae, videlicet D. D. Gundisaluus de Castro Toboio, Decanus & Canonicus, Don Petrus Gonzalez de Heredia Cantor, & Doctor don Petrus de Castro Toboio Tthesaurarius, Don Andreas de la Cuesta Prior, & Canonicus, Ioannes Ruiz de Quintana, Don Melchior de Contreras, Don Pantaleo, Franciscus, Ioannes Ruiz de Moris Canonici, Don Ludouicus de Castillejo, Don Ludouicus de Sauedra, Petrus de Bugeda Bonilla, Don Ioannes de Gongora & Armenta, Doctor Don Petrus Gonzalez Grigelmo, Licenciatus Franciscus Rodriguez de Valderrama, Don Ioannes de Amaya, Petrus Gutierrez de Armenta, Don Rodericus Velloso de Bargas, Don Didacus Fernandez de Soto, Petrus de Angulo, Don Antonius de Castillejo, Didacus de la Cueva, Ioannes Ximenez de Bonilla, Don Franciscus Pedrazas, Don Antonius Hurrado, Don Franciscus de Estrada Tamayo, & Ioannes de Angulo, portuarij integri, & dimidij dictae Sanctae Ecclesiae in sacris constituti conuocati die precedenti, per medium eorum scripterij, vt moris est, specialiter ad tractandum negotium in frateritatem pro semetipsum, & pro alijs Dominis Praebendatis, Capitularibus dictae Sanctae Ecclesiae absentibus, & futuris, pro quibus praesiterunt vocem, & cautionem de rato, & grato, sub poena, & obligatione infrascriptis in presentia mei Bartholomei de Galbeze Valuerde Notarij publici Apostolici, vnus ex Secretarijs dictorum D. D. testiumque infrascriptorum, direrunt, quod tamquam Administratores perpetui decimalium huius Diocesis subsistunt, & sultinent ad praesens litem in Sacra Rota suae Sanctitatis, contra Patres Religiosos Societatis Iesu, super Praedictis terrarum, & possessionum, seu praediorum, quae dicta Religio obtinet, & possidet in hac Diocesi, nam dicti Patres praetenderunt, & praetendunt se subtrahere, ab illarum solutione, dicendo quod sunt liberi, & exempti a solutione decimalium vigore privilegiorum eis concessorum, per Sedem Apostolicam contra quos Sanctae Ecclesiae huius Regni se opposuerunt, dicendo, quod tenentur illas soluere secundum dispositionem iuris communis, & in vim Breuium multorum Summorum Pontificum, & in specie felicis recordationis Leonis Vndecimi, & Sanctitatis suae Urbani Octauo, tum propter alios iustos, & iuridicos titulos, & considerantes, quod dicta causa tractatur a multis annis, & quod in ea fuerant factae grauissimae impentae ab vtraque parte, & quod lites sunt dispendiosae, eorumque fines in certis quodque, per Patrem Alphonsum del Caño, Prouincialem Prouinciae Castellae, & Visitatorem Prouinciae Tolerti, & Patrem Ioannem Camacho Procuratorem Generalem Prouinciarum Societatis Iesu istorum Regnorum Castellae, & Legionis, cum facultate, & de ordine ipsarum Prouinciarum, & Generalis ipsius Religionis fuit representatum Sanctae Congregationi Sanctarum Ecclesiarum Castellae, & Legionis, ad praesens

emendatum / 10 / valeat

[Handwritten signature]

A 2 299

102

Donoq; in Curia sue Maiestatis, desideria quo languent deueniendi ad concordiam cum dictis S. Ecclesijs, & quod dicta S. Congregatio annuit, & nominauit deputatos, qui videret capitula, & conditiones, quas dicta religio offert ad effectum concludendi dictam concordiam, & quod in dicta deputatione fuerit visa, practicata, & tractata præteritiones ambarum partium, & rationes, quas vnaquæq; pars allegauit, vt deueniretur ad concordiam. Quodq; fuit initum, & consensum memoriale Capitulum, & conditionum, sub quibus erat facienda, & effectuada dicta concordia, quibus visis, per sanctam Congregationem fuit conuenerunt, & resolutum cum transmitteretur copia ad sanctas Ecclesias, vt dictum memoriale viderent, & iudicaretur expediri, quod ad concordiam deueniretur, mitterent mandata Procuræ ad suos Congregantes, ad effectum effectuandi dictam Concordiam, & quatenus inuenirent dicta Capitula, & conditiones egeret aliqua reparatione, animaduertetur, vt reparari possent, adeoque visis dictis Capitulis, & Conditionibus prædictæ Concordiæ, per dictos D. Episcopum, Decanum, & Capitulum dictæ Sanctæ Ecclesiæ, quamuis aliqua ipsorum, non sint fauorabilia, immo contraria iuri Sanctarum Ecclesiarum, nihilominus ad euitandum littes, tam laboriosas, & dispendiosas, & habita attentione, quod dicta Religio Societatis Iesu est Clericorum, & affecta Sanctis Ecclesijs, & quod seruiuit, & seruit Ecclesiæ Catholicæ, per medium illius educationis, laborum, & Doctrinæ, cum propter alias iustas causas ipsorum animos mouentes conuenerunt, & resoluunt deueniri ad dictam concordiam, sub capitulis, & conditionibus initis, & factis per dictam sanctam Congregationem, vt igitur sortiatur effectum, & stipuletur concordia, ipsa dictus D. Prouisor, nomine prædicti D. Episcopi, & D. D. Decani, & Capitulum huius S. Ecclesiæ dixerunt, quod illis melioribus modo via, & forma quibus de iure possunt, & debent dabant, & dederunt, ac concesserunt omnimodam suam facultatem, & sufficientem potestatem qualis de iure requiritur, & est necessaria, & constituerunt ipsorum procuratorem D. Doct. D. Ioannem Perez Delgado, Canonieum Magistralem Scripturæ huius S. Ecclesiæ Cordubæ, ad præsens assistentem pro isto Capitulo in dicta Congregatione, ad hoc, vt nomine dictæ S. Ecclesiæ, & dictorum D. D. Episc. Decani, & Capituli illius poliat stipulare, & stipulet, iniat, & faciat concordiam cum dicto P. Ioanne Camaqcho, & cum legitima persona, ad hunc effectum cum conditionibus, & Capitulis, vt dictum est initis, & factis, & concordatis inter S. Congregationem, & dictum P. Ioannem Camaqcho, seu cum aliis Capitulis, & conditionibus magis fauorabilibus dictis sanctis Ecclesijs, si possibilet erit super dictis de cetero, cum prædictis prouincijs Societatis Iesu nomine dictæ Congregationis cum facultate faciendi præmissorum ratione, & occasione scripturæ, seu scripturas necessarias, & opportunas pro validitate, firmitate, & stabilitate dictæ concordie, & obligandum dictos D. D. Episcopum, Decanum, & Capitulum eorumq; successores in perpetuum, ad seruandum, & custodiendum dictam concordiam, sub pœnis, & obligationibus in ea apponendis. Nam postquam, per dictum D. Doct. D. Ioannem Perez Delgado, prædictæ scripturæ erunt factæ, & stipulatæ modo supradictæ ipsi D. D. Constituentes illas approbant, & ratificant, perinde, ac si in specie essent scriptæ in præsentem Procuræ mandato, qualem namq; facultatem, & potestatem ad præmissa faciendum ipsi habent, & est necessaria, talem eis dant, & concedunt cum omnibus suis incidentibus & dependentibus, & connexis cum libera, franca, & generali administratione modo supra relato, ac cum facultate faciendi, quæcunq; licita, & honesta iuramenta necessaria, & de iure faciendæ, pro subsistentia, & robore dictæ concordie cum summisionibus, & clausulis specialibus, & specialissimis necessariis pro illius robore, & subsistentia, ac opportunitas, ad supplicandam suæ sanctitati, quatenus dignetur confirmare, & approbare concordiam initam, & capitulatam per dictas scripturas, & concordias, & quod super illis expediantur breuia, & indulta necessaria, quem releuarunt in forma, & pro robore, & firmitate huius Procuræ madati, & eorum, quæ illius virtute fiet, & stipulabuntur, dictus D. Prouisor obligauit bona, & redditus mensæ Episcopalis prædicti Illust. Domini Episcopi, & dicti D. D. Decanus, & Capitulum bona, & redditus eorum mensæ Capitularis, & omnes dicti D. D. Constituentes dederunt auctoritatem, & potestatem iudicibus, qui de præmissis cognoscere possunt, & debent, quod ipsos cogant, & compellant, ad seruandum præmissa, ad instar sententiæ diffinitiuæ in rem iudicatam transactæ, & renunciarunt omnibus, & singulis legibus in eorum fauore facientibus, nec non etiam legi prohibenti generalem renunciationem dempro, in expressis, in quorum testimonium ita concesserunt, & subscripserunt dictus Prouisor, & duo Capitulares pro Capitulo, vt moris est, & ego dictus Notarius, Secretarius attestor quod cognosco omnes prædictos D. D. Constituentes, præsentibus pro testibus Lic. Antonio Alvarez de Miranda, Bartholomæo de Sarabia, & Ioanne Baptista de Valdeoliva

Notariis incolis presentis civit. Corduben. Licenciatus Garcia Alvarez de Benavides,
don Gundifalvus de Castro Toboso, Decanus, Ioannes Ruiz de Quintana, & cum coram me
Bartholomæo de Galvez, Notario, Secretario. Et ego dictus Bartholomæus de Galvez
Baluerde, Notarius Publicus, Apostolicus, auctoritatibus Apostolica, & ordinaria, in eo
sa civitatis Corduben, vnus ex Secretarijs D. D. Decani, & Capituli eiusdē Ecclesie præ
sens sui stipulationi istius instrumenti, de quo testor ideo. In testimonium veritatis illud
subscripti, & publicauit, meis solitis subscriptione, & signo veritatis vincit. Bartholomæus
de Galvez Baluerde, Notarius. In ciuitate Malacitan, die vij. mensis Decembris, Anni
M. DC. XXXVIII coram me infra scripto Secretario, Notario publico Apostolico, & te
stium infra scriptorum D. D. Episcopus, Decanus, & Capitulum huius Sancte Ecclesie Ma
lacitan. videlicet Reuerendiss. D. don Fr. Antonius Enriquez, Episcopus huius Diocesis,
& D. D. Doctor don Antonius de Figueroa, Decanus, Licenciatus don Christophorus Sa
chez de Soto, Archidiaconus Mala cit. Doct. D. Laurentius Vela Cantor, Doctor D. Gas
par Alonso Relaz Thesaurarius, Doctor D. Didacus de Vargas, & la Cerda, scholasticus,
Licenc. don Ioannes Barrena Gultios Archidiacon. de Velez Dignitates, Doctor don Fran
ciscus de Villela, Licenc. Gundifalvus Garcia de Errera, Licenc. don Gregorius de Paz,
Licenc. don Alphonfus de Soto, D. Petrus de Ribas, don Rodericus de Miranda. Doctor
don Martinus Ascarius Vgarte, Lic. don Franciscus Maldonado de Galdo, Doctor Don
Didacus Gomez de la Peña Angulo Canonici, qui modò supra congregati, & conuocati,
proferentibus, & nomine cæterorum status Ecclesiastici interessatorum, in hac Diocesi,
pro quibus præstiterunt vocem, & cautionem de rato, dixerunt, quod constituebant, & cō
stituerunt procuratorem suum, cum facultate, & potestate omnimoda, plena, & sufficienti
qualis de iure requiritur, & est necessaria D. Lic. D. Ioannem Ibañez de Ozilla & Argote
Capellanū suæ Maiestatis, & Canonicū S. Ecclesie presentis ciuitatis Madriti res
dentem specialiter ad hoc, vt nomine ipsorum, & dicti status Ecclesiastici, huius Diocesis
suaq; proprias representando personas possit comparere, & compareat coram iudicibus
iustitijs, & iudicibus Ecclesiasticis, & secularibus, tam Regnorum Hispania, quam horum
quorumuis locorum Christiani orbis, & super hac ratione concordia, vt præ tenditur inie
da, & celebranda in sacras Ecclesias Castellæ, & Legionis, & Societatis Iesu, possit
dictus D. Canonicus, nomine dicti status Ecclesiastici huius Diocesis stipulare, & stipu
let, ac faciat dictam concordiam de & super decimis cum patre Ioanne Camacho Reli
gioso dictæ Societatis, & quocunq; alio procuratore eiusdem Societatis modo, & forma
quibus conuenerunt, & concordarunt, & continetur in capitulis, initis inter Ecclesias, quæ
interfuerunt Congregationi celebratæ anno proximè præterito M. DC. XXXVII. &
anno presentis M. DC. XXXVIII. & occasione, ac ratione supradictorum possit, & valeat
presentare, quæcunq; instrumenta, & stipulare, ac facere quæcunq; scripturas, seu instrumen
ta, & obligare statum Ecclesiasticum huius Diocesis quod habebit ratum, & gratū quic
quid dictus procurator faciet, & resoluet ex nunc enim, nos obligamus omnes reddidit sta
tus Ecclesiastici huius Diocesis, sub qua obligatione promittimus, quod habebimus ratū
& gratum, quicquid ipse faciet, nam ad præmissa omnia annexa, & dependentia, sine rele
uatione, nec limitatione aliqua, imo per inde, ac si nos met ipsi illam faceremus, damus, &
concedimus eidem omnimodam nostram potestatem, qualis de iure requiritur, & est ne
cessaria cum libera, & generali administratione litigandi, iurandi, & substituendi cum rele
uatione in forma, & damus, ac tribuimus auctoritatem, & potestatem iudicibus, & iustitijs
qui de huiusmodi causa possint, & debeant cognoscere, ad hoc, vt ad seruandum, & standū
concordiæ faciendæ, per dictum D. Canonicum nomine huius Diocesis, cum dictis patri
bus Societatis Iesu, nos cogant, & compellant, per inde, ac si esset diffinitiva sententia, per
iudicem competentem lata, quæ transitum fecisset in iudicatum, nos enim promittimus sta
re eidem, sine aliqua contradictione, & renunciamus legibus in nostrum fauorem facienti
bus, & legi dicenti generale renunciationem legum non valere, & ita dixerunt, & cōcese
runt, & subscripserunt dictus D. Episcopus, & duo Domini Capitulares, vt motus est præ
sentibus pro testibus Ioanne Nuñez, D. Martino Clauijo, & D. Lazaro de Guzmā incolis
ciuitatis Malacita, frater Antonius Episcop. Malacita, D. Antonius de Figueroa Decanus
Doct. D. Rodericus de Mirāda, D. Saluator de Reyes Barroso præsbiter Notarius
sancti officij Inquisitionis publicus Apostolicus Secretarius, & cōputista D. D. Decani, &
Capituli S. Ecclesie Malacit. præsens sui præmissis vna cū testibus, in quorū fide meū signū
rexi. Auc gratia plena. In testimonium veritatis, D. Saluator de Reyes Barroso. In Dei
nomine, Amen. Tenore presentis publici instrumenti mandati procurat, sit notum cunctis,
illud visuris qualiter in Ciuitate Placentina, die Veneris X. mensis Decembris M. DC.
XXXVIII. In mei Notarij publici, & testium D. D. Decanus, & Capitulum Sanctæ
Ecclesie

inter lineas / que / valent / delimitari / si non valent

802
Ecclesia Cathedralis dictae civitatis convocati, & congregati in eorum Capitulo ordinario
in Aula superiori domus fabricae dictae sanctae Ecclesiae, videlicet Don Ferdinandus
de Montemayor Decanus, D. Iohannes de la Cueva & Medoza Archidiaconus, Placentin.
D. Gregorius de Vargas Chamizo Cantor, D. Antonius Bracelos Archidiaconus de Truxil
lo, Bartholomaeus Lopez de Auila, Franciscus de Lobera, D. Ferminus de Vargas Calde
ron, D. Didacus Quijada, Doctor D. Andreas de Cañas, Doctor Iohannes Cano, D. Gome
sius de Araoz, Iohannes de Berozano, Iohannes Gomez, D. Iohannes de Ertera, D. Alvarus
Rodriguez de Carvajal Canonici, Iohannes Gutierrez, Franciscus Gomez Cortes, Fran
ciscus Marin, Ferdinandus Gócalez, Michael Pabon, Don Hieronymus de Carvajal sage
Portionarius, omnes Beneficiarii Praebendarii dictae S. Ecclesiae, & in sacris Ordinibus cōti
nuti, & dixerunt quod illis melioribus, viz, modo, & forma quibus possunt, & de iure locus
sit, dabant, & dederunt omnimodam ipsorum facultatem, & potestatem qualis de iure requi
ritur, & melius potest, & debet valere, & constituerunt Procuratorem D. Doctorem Don
Emanuelém de Valcacer Canonicum Doctorem huius sanctae Ecclesiae in oppido Ma
drid existentem, & interessentem Congregationi, qua in dicto oppido sit ipse cialiter, & ex
pressè ad nomine dicti Capituli conveniendum, & concordandum cū Patribus Societatis
Iesu istorum regnorum de & super solutione decimarum, prouenitium ex redditibus, &
bonis, quae obtinet, & possidet in hac dioecesi, & faciendum praemissorum occasione Capi
tuli necessarias, ad concordandum eū eis modo, & forma quibus concordabit, & conueniet
maior pars sanctae Congregationis, cū praedictis Religiosis Societatis Iesu, nō obstantibus
quibuscunq; concordatis initis, super praemissis inter dictos D. D. Decanum, & Capitulum, &
Rectorem, ac Collegium Societatis Iesu, huius civitatis Placentinae, annis elapsis, & ratio
ne, ac occasione supradictorum omnium, & singulorum possit facere, & stipulare quācum
que scripturam, seu scripturas, & instrumenta necessaria, & opportuna: dāt enim, & tribuit
dicto D. Doctori D. Emanueli de Valcacer, facultatem, & potestatem ad hūc effectū ne
cessariam cum omnibus vinculis, & firmitatibus necessariis, pro illius robore, & subsisten
tia, quod possit illis obligare, & obligare ad seruandum, & adimplendum quicquid virtute
huius mandati procurari fuerit, & quod quicquā non faciet vllō modo cōtra ea, quae faciet vir
tute praesentis mandati, sub obligatione expressa ipsorum personarum, & honorū eorūq;
mensae Capitularis habitorum, & habendorum, quem releuarunt in forma iuris, sub clau
sula iudicii sibi, & iudicatum solui, cū omnibus aliis clausulis consueueris, & renunciant
omnibus, & singulis legibus in eorum fauorem cantantibus, & in specie legi, & regula iu
risdicienti generalem renunciationem legum nō valere, in quorum testimonium modo quo
supra consenserunt pro testibus Francisco Ordoñez, & Iohanne Duque Sceptiferis, ac Fran
cisco Sanchez Solicitatore negotiorum Capituli incolis dicti civitatis Placentinae, & ex di
ctis D. D. Constituentibus, quos ego dictus Notarius attestor cognoscere subscripserunt
iuxta consuetudinem dicti Capituli, vna Dignitas, vnus Canonici, & vnus Portionarius,
Decanus Placentin. Iohannes Berozano, Ferdinandus Gonzalez Vazquez, Aetum Coram
me Francisco de Obregón Secretario, & Notario. Et ego dictus Franciscus de Obregō
Secretarius D. D. Decani, & Capituli sanctae Cathedralis Ecclesiae Calagurritanae. Au
thoritate Apostolica Notarius publicus Romani Archiuij, praemissis praesens fui, in quo
rum fidem me subscripsi, & publicavi. In testimonium veritatis Franciscus de Obregō Se
cretarius Notarius. Sit notum cunctis praesens publicum instrumentum mandati Procura
ris, quae iter Nos Decanus, & Capitulum sanctae Cathedralis Ecclesiae Calagurritanae,
convocati, & congregati in nostro Capitulo, & Camera Capitulari, prout soliti sumus cō
uocari, & congregari, ad tractandum de rebus concernentibus seruitium altissimi, & vti
litate huius Capituli, & in specie conuocati, & congregati D. D. Petrus Gonzalez de
Arroyo Decanus Ecclesiarum Cathedralium Calagurritanae, & Calceatē. & Canonici Docto
ris, in hac Calagurritana. D. Iohannes Ioseph de Vindigar, & Arellano Cator, & Canonici,
D. Iohannes Fernādez de Manzanos Archidiaconus de Nagera, & Canonici, Licencia. D.
Hieronymus Iulianus Frances de Vrnitigoyri Archidiaconus de Berberiego, & Canonici
cus, Licencia. D. Emanuel de Lizaur Archidiaconus de Alaba, & Canonici, Licenc. D. Pe
trus de Ezquerria Archidiaconus Cantabris, & Canonici, Don Petrus Martinez Gani
ria, Thesaurarius Dignitates, Don Franciscus Ordoñez Barron, Don Didacus Gonzalez
Munoz de Zalduar, Don Franciscus Garcia de Moncabal, Don Laurentius Ladron
de Zegama, Didacus Perez de Solarte, Don Franciscus Pantoja, Licenciatu Ro
chus de Soto. Iohannes Ruiz de Yfca Doctor Senz, Don Didacus Franciscus Frances
de Vrrutigoyri, Don Iohannes de Arguello, Don Gundifatus del Callejo, Don Martinus
de Mendizabal, Canonici. Licenciatu Sebastianus Ximenez de Araciel. Doctor Torre
allas. Licenciatu Petrus Zapata, Portionarius integri. Licenc. D. Didacus Alvarez de

Præsentibus/ emendatus/ in/ valere

Pa.

compositione, & concordia prædictæ litis, & quia ad hunc effectum, & ad stipulandum necessarias scripturas, est necessarium mandatum procuræ sufficiens, & reliquimus illud dare. Ideo illis melioribus modis, via & forma, quibus melius de iure possumus, & debemus & locus sit, & est nomine dicti Capituli, & Cleri huius Sanctæ Ecclesiæ; nec non etiam Cleri huius Diocesis inherendo cautioni prædictæ facemur, & recognoscimus quod constitutum Procuratorum nostrorum Dominum Doctorem Don Didacum dei Canto & Rinçon, Suentorem huius Sanctæ Ecclesiæ fratrem nostrum, qui pro dicta Ecclesia, & Clero huius Diocesis assisit dictæ Congregationi, cum facultate substituendi vnum Procuratorem, duos, vel plures illosque reuocandi, & alios de nouo substituendi cum simili, aut limitata potestate specialiter, ad hoc vt in simul cum dicta Congregatione nomine itarus Ecclesiastici, istorum Regnorum, & representando hanc Sanctam Ecclesiam, & Clerum huius Diocesis possit tractare, & colloqui cum Procuratoribus dictorum Collegiorum Societatis Iesu, habentibus legitimum, & sufficiens Procuræ mandatum ad præmissa, & cum alijs quibuscumque personis, cum quibus erit necesse de materia dictarum litium, & causarum, & in ea capere, & capiant, ac faciant concordias, & conventiones necessarias, quas dictæ Congregationi magis iudicabit expedire, & postquam verbo erit Conuentum, & concordatum possit facere, & stipulare faciat, & stipulet respectiue, quantum attinet ad interesse huius Diocesis vna cum dicta Congregatione, & aduersarijs instrumenta concordatum conuentionum, & transactionum eis beneuolarum, in quibus nos possit segrigare dictumque Clerum à iure quod nobis competit contra dicta Collegia, circa perceptiorem, & exactionem decimarum, & aliarum rerum super quibus vertitur dicta causa, dictumque ius renunciare, & cedere dicto Collegio faciendo concordias, & transactiones, per acta quorumuis scribarum, & personarum authenticarum, vna cum vinculis, firmitatibus, & submissionibus ad iudices, & renuntiationibus legum necessarijs pro maiori robore, & subsistentia dictæ transactionis, & concordie, & si pro maiori subsistentia, robore, & valore expediens erit, quod sanctissimus illam approbet, & confirmet, petatur illius confirmatio, & approbatio, & quatenus necesse sit speciale mandatum, pariter illud ei damus cum dicta facultate substituendi, super quibus omnibus, & singulis possit facere, & faciat cunctas diligencias actas, & alia necessaria, ad hoc vt dicta concordia suum sortitur effectum; nos enim damus dictæ facultatem, & potestatem necessariam, sine aliqua limitatione, & cum clausulis, ad hunc effectum necessarijs, quamuis tales, quæ hic non exprimat ad quem effectum damus illas, hic pro expressis perinde, ac si ad litteram, hic expressè forent cum suis incidentibus, & dependentibus emergentibus annexis, & connexis, & cum libera, franca, & generali administratione, & cum facultate faciendi, & præstandi in animas nostras, & dicti Cleri huius Diocesis quæcumque iuramenta licita, & honesta cum clausulis obligationis, & releuationis de iure necessarijs in quorum testimonium, ita concessimus, coram Scriba Notario publico, & testibus in dicto oppido, vel Burgo in Aua nostri Capituli, die xj. mensis Augusti, Anni M. DC. XXXV. III. presentibus pro testibus Licenciato Ioanne Martinez Portionario, & Secretario nostro, ac Francisco de Salas nostro Scepstrifero, ac Ioanne de Gila, nostro Tympanista, & Domini Constituentes, ad euitandum prolixitatem subscriptionum commiserunt, Dominis Præsidi, & Deputatis quod se subscriberent, quos omnes Constituentes. Ego Scriba attelior cognoscere, Don Ferdinandus del Rio & Malo, Doctor Ioannes de Ortega, Licenciatus Andreas de Balbuena, Adum coram me Ioanne de Laguna, & ego Ioannes Abbad de Laguna Scriba, & Notarius publicus, Auctoritatibus Apostolica, & Regia incola oppidi del Burgo præsens sui stipulationi prædictæ. — Ideo me subscripsi, & publicauimus, in testimonium veritatis, Ioannes, Abbad de Laguna — Sit notum cunctis præsens publicum instrumentum mandati Procuræ visuris qualiter, Nos Decanus, & Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Lucen. conuocati, & congregati in nostro Capitulo, & loco deputato ad sonum campanæ, vt moris est, videlicet Don Ioannes Pardo de Ribadeneira Decanus, Don Hieronymus de Camba & Amoeyro Cantor, Licenciatus Don Antonius de Neyra, & Montenegro, Archidiaconus de Abeancos, Licenciatus Don Leonelus de Azeuedo, Archidiaconus de Neyra, Licenciatus Don Ferdinandus Ares Texeyro & Saaueda, Archidiaconus de Saarra, Don Ioannes de Armesto Iuez, Don Hieronymus Lopez, Petrus Fernandez de Bieiro, Assensus de Pintelos, Dominicus Fernandez de Cabarcos Dignitates, & Canonici dictæ Sanctæ Ecclesiæ, pro nostro interesse, & nomine absentium pro quibus præstatam cautionem de rato, & quod gratum habebunt, & gratum quicquid, per nos erit factum dicimus, quod cum litatus Ecclesiasticus Castellæ, & Legionis, nec non etiam Inlitarum eis adiacentium à longo tempore habeant litem, & causam cum Religione Societatis Iesu, iure contra eam, tam in Romana Curia, quam in alijs Tribunalibus Ecclesiasticis, præ-

*Et potestate remota et pro melius parati ac debere ratione long. facultate dictarum
 mites lineas / i / eidem dicit / delectum pecore / notor / non dicit*

dictarum Coronarum super decimis, quas solvere debet dicta Religio de eius bonis, præ dicto statui Ecclesiastico, & quamuis in dicta Romana Curia, fuerit inita concordia, & super solutione dictarum decimarum, inter Procuratores status Ecclesiastici, & Patrem Generalem dictæ Religionis, nihilominus non fuit sortita effectum, & modo sancta Congregatio dicti status Ecclesiastici, conuocata in oppido Madriti, Curia Maiestatis suæ, quem Deus incolumem conseruet, ad conueniendum, & concordandum super solutione subsidij, & excusati, quæ dictus status Ecclesiasticus soluit suæ Maiestati, & pro alijs rebus tangentibus commune bonum, prædicti status tractauerat cum Patribus Ioanne Camacho, & Alphonso de Caño Prouinciali dictæ Prouinciæ Castellæ, virtute facultatis, & ordinis ipsis datæ per Patrem Generalem, & per Prouincias dictæ Religionis, quod de nouo tractaretur de dicta concordia, & fierent Capitula necessaria, vt stipulari posset, & perfici concordia ipsa, & extinguerentur lites pendentes, super solutione dictarum decimarum, & alix lites, quæ se se offerre possent in futurum circa, quæ dicta sancta Congregatio deputauerat, & nominauerat nonnullos, ad hoc, vt interesse conferret, & tractarent, quicquid necesse esset, & cum dictis Patribus Ioanne Camacho, & Alphonso de Caño, & quod facta dicta conferentia, prædicta sancta Congregatio, resoluerat, & fecerat, nonnulla Capitula, ad effectum deueniendi, ad dictam nouam concordiam, quæ Capitula remissit, ad sanctas Ecclesias dictarum Coronarum, ad hoc, vt quilibet quantum negotium illud, vnam quamq; tangit, videret quid sibi facere expediret circa dictam concordiam, vtilis dictis Capitulis, ideoq; dicti Domini, Decanus, & Capitulum habito tractatu, & conferentia diuersis vicibus super dictis Capitulis, Capitulariter congregati, dixerunt, quod illa approbant, & approbarunt, quantum attinet ad ipsorum, & dicti Cleri totius huius Episcopatus Lucentis, tanquam Procurator, & Protector prædictæ Diocesis, & Cleri quæ est dictam Capitulum, & constituebant, & constituerunt suum Procuratorem ea facultate, & potestate de iure in tali casu necessaria, & requisita Dominum Licentiatum Petrum de San Zebriam Rois & Loaces, Canonicum Penitentiarium huius sanctæ Ecclesiæ, ad præsens ipsorum, & totius huius Episcopatus, nomine assistentem dictæ Congregationi, ad effectum, vt possit stipulare, & facere quascumq; scripturas, transactiones, & concordias, super solutione dictarum decimarum, cum dictis Patribus Ioanne Camacho, & Alphonso de Caño, iuxta formam dictorum Capitulorum formatorum, seu alias modo, & forma dictæ Congregationi, bene vtilis conueniendis, & concordandis cum dictis Patribus, non ex nunc, pro tunc, & è contra dictas concordias, & transactiones admittit, approbat, & affirmat dicti Decanus, & Capitulum, & ad illas stipulandum dant dictum Procuratorem mandatum prædictum eorum Procuratori, nec non Procuratori generali dicti status Ecclesiastici, residenti in Romana Curia, & in prædicta Curia suæ Maiestatis, & iustitiarum ipsorum insolidum, ad hoc, vt possint perere, & supplicare sanctissimo Domino nostro Vrbano Papæ VIII. & sanctæ sedi Apostolicæ, quod confirmet, & approbet dictam concordiam, & generaliter dixerunt, quod dabant, & dederunt præsens Procurator dicti dicti Domini Licentiatum San Zebriam Congreganti, & prædictis Procuratoribus Curiarum Romanæ, & suæ Maiestatis, & quilibet ipsorum insolidum, cum omnibus annexis, incidentibus, & dependentibus, & cum libera, & generali administratione, illisq; & quælibet ipsorum releuauit in forma, sub clausula iuris iudicij fisci, & iudicatum solui, & sub obligatione bonorum iurium, & reddituum dictæ sanctæ Ecclesiæ, & illius mensæ Capitularis, promiserunt habere firmum, stabile, & validum, quicquid virtute præsentis Procure mandati dicti Procuratores, & quilibet ipsorum facient, & stipulabunt, & contra gesta non venient nunc, nec aliquo vquam tempore, & dabant atq; dederunt omnimodo danti ipsorum facultatem, & potestatem iustitibus Ecclesiasticis competentibus, vt ipsos possint cogere, & compellere ad seruandum contenta, in præsentis instrumento, ad instar iustitiarum sententiæ, per iudicem competentem lata, & in iudicatum transactæ, & renunciant legibus in ipsorum fauorem disponentibus, & loquentibus, & in specie legi, prohibenti generalem renuntiationem, & dederunt mandatum Procure in forma peractæ inter Notarij, & Secretarij, qui attestor quod cognouit constituentes, & dictus Dominus Decanus, pro temeripto, & nomine cæterorum Dominorum Capitularium se subscripsit, vt moris est. Quæ fuerunt gesta in Aula Capitulari dictæ sanctæ Ecclesiæ, die v. mensis Iunij, Anni M. DC. XXXVIII. Præsentibus pro testibus Iacobo Dobar, janitorè dictæ sanctæ Ecclesiæ, & Francisco Diaz munico, & Ioanne de la Peña Clerico Capellano dictæ sanctæ Ecclesiæ Decanus Legionen. coram me Bentosinos Notario Apostolico. Concordat cum originali, quod remanet posnes me, à quo præsens transumptum extrahi feci, & ad quod me refero, & tanquam Notarius Apostolicus, Apostolica auctoritate illud subscripto, & publico, ad instantiam dictorum Dominorum Decani, & Capituli. In testimo-

Notarius debuit se non valere
[Signature]

11113

niū veritatis, Ioannes Lopez de Bentosinos Gaioso Notarius Apostolicus. Et Patet
Ioannes Camacho Procurator generalis Societatis Iesu Prouinciæ Berhicae, virtute lite-
rarum patentium Reuerendissimi Patris Mutij Vitelcschi, Præpositi Generalis Societa-
tis Iesu, quas originaliter consignauit mihi dicto Notario, vt similes illas infererent in
præfati instrumento quarum tenor sequitur, vt infra. Mutius Vitelcschus Societatis Ie-
su Præpositus Generalis, charissimo fratri in Christo Ioanni Camacho eiusdem Societa-
tis sacerdoti salutem in Domino sempiternam, Cum nobis cõfiter de diuturnis litibus,
quæ inter Illustrissimos, & Reuerendissimos Dominos Archiepiscopos, Episcopos, De-
canos, & Capitula Hispaniarum, & Collegia nostra Castellana, Tolerana, & Beritica inter
cesserunt, & intercedunt circa solutionem decimarum, interpretationemq; Breuium san-
ctæ memoriæ Leonis XI. & sanctissimi Domini nostri Urbani Octauis, optemusque cum
omnibus pacem, & concordiam, præcipuè verò cum sanctæ Ecclesiæ Prælati alijsq; Ec-
clesiasticis quibus, vt à nostræ Societatis Religiosis semper, & vbiq; omnis, vt par est ho-
nor reuerentiaq; deferatur, nobis maximè cordi est de cuius prudentia, & in rebus gerè
dis dexteritate plurimum in Domino confidimus Procuratorem constituimus tibiq; vt
cum dictis Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Deca-
nis, & Capitulis etiam cum aliqua proprii iuris cessione Societati dictisq; Collegijs de
iure, & consuetudine totius Hispaniæ, & vigore specialium priuilegiorum summorū Põ-
tificum Pauli III. Pij IV. & Gregorij XII. circa easdem decimas competens super ipsi-
dem transigere concordiam inire, & lites quasq; decidere, & terminare possis plenè
per præfent facultatem damus, communicamus, impartimur, in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo
nostro munitas dedimus Romæ XVI. Septembris M. DC. XXXIV. Mutius Vitelcs-
chus. Loco T sigilli. Et dixerunt quòd cum omnes sanctæ Ecclesiæ istorum Regnorum
Coronæ Castellæ, & Legionis ex vna, & Collegia ac domos Societatis Iesu, eorundem
Regnorum partibus, ex altera spatio quadraginta annorum, & vltra versæ fuerint, atque
tractatæ lites, super solutione decimarum, quas dictæ sanctæ Ecclesiæ prætenderunt per-
cipere, & recuperare à dictis Collegijs, & domibus vltra multas alias particulares lites,
quas antea prosequutæ fuerant aliqua S. Ecclesiæ, & Curia cõtra aliqua Collegia, & par-
ticulares domos super dictis decimis rebusq; alijs in quibus causis prætendebat dictæ san-
ctæ Ecclesiæ quòd prædictæ domus, & Collegia tenebantur integraliter soluere decimas
prouenientes ex illorum Prædijs terrenis, & pecorijs alijsq; bonis, quæ coherent, & edu-
carent respectiuè, tam proprijs expensis, quam per colonos affectuarios, & emphiteotas,
tum propter assistentiam iuris communis, tum vigore breuium Apostolicorum, & vice-
uersa prædicta Collegia, & domus Societatis Iesu, prætenderunt, & prætendunt non tene-
ri ad solutionem dictarum decimarum vigore breuium, & priuilegiorum Apostolicorum
eidem Societati concessorum à multis Summis Põtificis, tum propter rationes, & cau-
sas latius deductas in Processibus omnium prædictarum causarum, quas habent hic pro
vtraq; parte specificatis, per inde ac si de verbo ad verbum, insertæ forent, ideo ad euan-
dam lites, tam prolixas laboriosas, & dispendiosas, & Societas prædicta conseruare pos-
sit vniuersam pacem, & amorem, quæ semper desiderauit habere, & cõseruare erga sanctas
Ecclesias Dominos Archiepiscopos, Episcopos, & Clerum postquam fuit tractatum, &
discursum, ac practicatum in diuersis occasionibus, vt deueniri possit ad aliquam hone-
stam, & iustitiam concordiam, & compositionem in & super huiusmodi negotijs dicti
Domini Canonici, & Præbendati virtute dictorum mandatorum Procuræ, & dictus Pater
Ioannes Camacho virtute dictarum literarum patentium, supra insertarum dictis omni-
bus respectiuè præfatis protestatione, quam faciunt quod per hanc concordiam non est eo-
rum intentionis se intromittere, vt nec comprehendere decimas, quas aliqui nobiles
seu equites seculares, aut ordinum militiarumq; prætendunt percipere, & recuperare à di-
ctis Domibus, & Collegijs Societatis Iesu, nam quantum ad istas censeantur salua rema-
nere iura, tam dictis interesse putantibus, quam dictis domibus, & Collegijs dictæ Socie-
tatis conuenerunt, & concordarunt conueniunt, & concordant extinguendo, & annullan-
do omnes, & singulas lites in quocunq; Tribunali pendentes, & in sacra Rota seu sanctita-
tis de & super dictis decimis quibus litibus, & causis cedunt illisq; renunciant in iustifican-
ti forma, & reuocarunt, ac reuocant mandata Procure, per ipsos data in fauorem quorum
cumq; Procuratorum ad prosequendum dictas causas, & volunt, quòd eas nullo modo pro-
sequantur, & similiter cedunt cuiuscunq; iuri, & actioni ipsiis competenti, aut competere va-
lenti virtute quorumcumq; decretorum, seu sententiarum in ipsorum fauorem emanatũ
tam à sacra Rota, quam à quocunq; alio Tribunali, etiam si emanauerint post datã præ-
fentis concordie, & dicti Domini Præbendati, ac prædictus Pater Ioannes Camacho. Item

emendatum in protestatione in genere et valas
MS

pectiue dictis nominibus renunciant omnibus iuribus, & actionibus, ac priuilegijs concessis dictae Societatis Iesu, quae habent hic pro expressis, & volunt, ac iustum iudicant, quod seruentur, & exequantur Capitula inferius inferenda, nam renunciant, & cedunt omnibus suis iuribus, actionibus, & priuilegijs ipsis, vt dictum est respectiue competentibus, & spectantibus, aut quomodolibet cuiuslibet parti, ex praedictis pertinere valentibus, quae omnia iura, & actiones, & priuilegia reducunt ad capitula praedicta, quae sunt tenoris sequentis. Primo, quod Societas soluat decimas, ad rationem vnus de triginta; de omnibus bonis proprijs, & acquisitis, & quocumque titulo, ac causa de caetero acquirendis, etiam de noualibus, siue colendo proprijs expensis, siue dando terrena, & praedia in usufructum, seu arrendam, etiam si emanent dicta praedia post hanc concordiam. Secundo, quod de iis, quae colat Societas praedicta eiusque domus & Collegia in terris alienis teneantur soluere integram decimam. Tertio, quod de pecoribus, & armentis ceterisque animalibus de quibus laici sunt soliti soluere decimas, teneantur soluere domus, & collegia Societatis Iesu vnus de vigintiquinq; hoc tamen non intelligatur de gregibus, & caeteris animalibus, quae dicta Collegia alerit, & nutriunt pro ipsius Societatis seruicio alimentis, & victu necessarijs, nam de istis nihil soluere debeant, sed remanere debeant libera in totum, de omnibus autem alijs animalibus, quae educabunt, ad vendendum, seu lucrandum, aut alia quomodolibet, quae non erunt pro seruicio, & victu praedictis, soluere debeant decimam, ad rationem vnus de vigintiquinq; prout supra dictum est. Quarto, quod de gallinis, & alijs aubus cuiusvis generis, & speciei existant, quas dicta Collegia, & domus nutriunt non teneantur aliquid soluere, eius remaneant libera in totum, & similiter remanere debent in totum olera, & fructus cuiusvis generis, & speciei colligendi in praediolo, seu hortis eidem Societati concessis, per Breue Leonis XI. dummodo dictum praediolum, aut horti intelligantur iuxta formam dicti Breuis. At de oleribus, & fructibus cuiusvis generis, & speciei colligendis in quibusvis alijs partibus vltra praemissa, teneantur soluere decimam ad rationem vnus de triginta. Quinto, quod de fructibus praedictorum, quae de caetero dabunt Societas, & eius domus, & Collegia in feudum, censum, seu emphyteusim soluatur integra decima, & de iis, quae dedit huc vsq; modo supra dicto soluatur, ad rationem vnus de viginti, cum hac ratione conditione, quod si talia bona reinciderint in dictam Societatem, Collegia, & Domus pleno iure, propter quamcumque causam, & illa iterum dabit, aut concedet in feudum, seu censum, soluatur ad rationem vnus de decem. Si autem dabit dictas terras in usufructum soluatur vnus de viginti, si vero illas colat, soluatur ad rationem vnus de triginta. Sexto, quod de bonis, quae Societas huc vsq; accepit, aut accipiet ad censum, feudum, seu in emphyteusim soluatur ipsa, & quodlibet Collegium, & domus vnus de triginta. Septimo, quod praemissa solui debent de fructibus cunctarum specierum, & de bonis de quibus est solitum solui decima, & soluent laici Ecclesijs iuxta consuetudinem locorum in quibus erunt sita praedicta bona. Octauo, quod pro tempore, quo Societas omisit soluere, hucusq; de quibusvis terrenis, aut praedijs non teneatur soluere quicquam, nec S. Ecclesiae, quae exegerit vltra res hic relaxas, & assignatas teneantur facere aliquam recompensam Societati. Nono, quod S. Ecclesiae, & Societas, teneantur renunciare reciproce, & cedere eorum priuilegijs loquentibus de forma, & modo soluendi, & exigendi decimas, & promittere, quod nunquam, nec aliquo vnquam tempore petent, nec admittent alia priuilegia huius concordiae derogatoria, imo supplicabunt iuxta Seditati, quod dignetur hanc concordiam confirmare in forma specifica. Decimo, quod concordiae inter aliquas sanctas Ecclesias, & domos, & Collegia Societatis remaneant, & remanere debeant in sui robore, & vigore, nec per presentes possint innouari in totum, neq; in parte, demptis his de quibus modo conueniunt, quae itare debeant, & itent huius concordiae. Et in dictam conformitatem dicti Domini praebendati dictarum sanctarum Ecclesiarum nomine Capitulum earundem, & omnia suorum Archiepiscopi seop. Episcopatum, & Cleri obligant se, & faciunt, hanc concordiam, & capitula illius, cum n declarati one, quod Capitula sanctarum Ecclesiarum, quae habent administrationem generalem omnium decimarum, eorum Archiepiscopatum, & Episcopatum remanere debeant, & remaneant obligata ad seruandum, & gratum habendum, quicquid continetur in hac concordia, & illius capitibus, & quia aliqua Capitula ex praedictis non sunt Administratores Generales reddituum decimarum, eorum Archiepiscopatum, & Episcopatum, quia diuiduntur inter interestatos dicti Domini Praebendati vigintidictorum, mandatorum Procurator obligant praedicta illorum Capitula, & promittunt, quod rata, & grata habentur cuncta, contenta, & Capitularia in hac concordia, & in quilibet illius parte pro rata quomodolibet tangente, & tangere valeant in dictis redditibus decimalibus, reliqua autem Ecclesiae Domini Archiepiscopi, & Episcopi, Curati, Beneficiati, seu

de leuon. s/ non dabet

praz

13

præstimonis Ecclesiastica, obtinētes in dictis Diocesisibus, si uoluerint admittere hanc concordiam, possint eam admittere infra annum à die, qua illius uirtute erunt requisiti, seu eis intimabitur, & teneantur Collegia, & domus Societatis Iesu, soluere decimas rēgētes supradictos, & quemlibet eorum admittentium, tñ concordiam, soluendo eisdem modo, & forma relatis in prædictis Capitulis, perinde, ac si stipulationi præsentis concordie & illius instrumenti intervenissent. Si autem infra dictum annum eam non acceptabunt, aut antea repudiabunt eandem, & ea se iurare non uoluerint prædicti interelati, pro quibus Capitula dictarum sanctarum Ecclesiarum, non habent administrationem generalem decimarum, tali casu dicta Religio Societatis, & eius domus, ac Collegia fundata infra limites illarum Ecclesiarum, remaneant libera, & non sint stricta ad soluendum aliquod genus decimarum uirtute huius concordie, sed iura partium remaneant salua, & illa, ut possint potere, & prosequi iura sua, pro ut iudicabunt expedire, & ad hoc, ut contenta in præsentis concordia suum sortiantur integram complementum, vim, & robur, conueniunt, & concordant dicti Domini Præbendati, vigore dictorum mandatorum Procuræ, nomine Capitulorū dictarum sanctarum Ecclesiarum, & Dominorum Archiepiscoporum, & Episcoporum earundem, & dictus Pater Ioannes Camacho, nomine dicti Reuerendiss. P. Generalis, quod pro executione huius instrumenti, & contentorum in eo, in perpetuum sint, & esse debeant iudices executores ordinarij pro tempore, nec non Prouisores, aut Vicarij generales nominati, per Dominos Archiepiscopos, & Episcopos, seu per Capitula Sedeuacante Archiepiscopatum, & Episcopatum contentorum, in hac concordia, ubi perquamcunq; partem, ex prædictis erit petita istius concordie executio, cū pacto, & conditione expressis, quod si huiusmodi Prouisores, aut Vicarij generales, à quibus erit petita executio, & obseruantiæ istius concordie, erunt Præbendati alicuius, & Ecclesijs Cathedralibus, seu Collegiatis dictorum Archiepiscopatum, seu Episcopatum, non possint cognoscere, neque villo modo procedere in aliqua causa, seu causis præmissorum occasione mouendis, & perquamcunq; partem intentandis, sed in isto casu Domini Archiepiscopi, aut Episcopi, uel Capitula Sedeuacante, teneantur nominare in iudicem aliquem alium, qui non sit Præbendatus ad hoc, ut iste procedat, & partibus iustitiam faciat, citra obseruantiam, & executionem contentorum in hac concordia, qui quidem iudex teneatur exequi, & ad debitam executionem ducere omnes, & singulas sententias, & decreta, per ipsam præmissorum occasione ferendas, & ferenda omni, & quacunq; appellatione insensua postposita, quæ appellatio suspensua admitti non debeat, immo teneatur exequi, & ad debitam executionem perducere, cum omni iuris rigore sententias, & decreta per ipsum ferenda, & pars appellans non possit audiri quandiu sententia, seu decretum non fuerint executioni demandata; nec minus partes possint se iurare recursum habendum, ad Regium Tribunal, ad effectum impediendi executionem decretorum, & sententiarum huiusmodi. Item dicti Domini Præbendati uirtute dictorum mandatorum Procuræ dictarum sanctarum Ecclesiarum, & dictus Pater Ioannes Camacho nomine, & pro omnibus Collegiis, & domibus Societatis Iesu existentibus in districtibus prædictarum Diocesium conueniunt, & concordantur, & falsi fuerunt, quod contenta in præsentis instrumento concordie sunt ipsis valde utilia, & proficua, & quod propter eam non inferitur damnum, dolus, neque fraus alicui ex partibus prædictis, & quatenus inferretur illi renunciant in iustitientis forma, & una pars alteri, & vice versa sibi remittunt, & donant, quicquid uidebitur resultare, & extra in hoc contractu, quod sit magis utile uni parti, quam alteri taliter quod in nullo casu, per viam restitutionis, lesionis enormis, aut enormissimæ, seu propter aliquem casum fortuitum, cogitatum, uel inexcogitatum, aut imaginatum, seu propter aliquam aliam causam, rationem, seu priuilegium alicui ex partibus competens, aut quomodo libet competere ualeat, possit impugnare contenta, & disposita in præsentis concordia, nec ei aliquomodo contrauenire, & si aliqua ex partibus prædictis istud faciat ultra, quod uolunt, quod non audiat in iudicio, nec extra, & quod sibi obster illud, quod in præsentis instrumento continetur vigore transactionis, concordie rei iudicata, & litis terminata; eo ipso, si dicta Societas contrauenier tali casu, teneatur soluere, & soluat integraliter decimas omnes modo, & forma quibus illas soluit seculares, nullo priuilegio, nec exceptione gaudentes, & si pro parte cuiusvis Capituli ex prædictis, & reliquarum personarum supradictarum, fiet contrauentio, eo ipso perdat perceptionem decimarum, ut supra declaratum extitit, & Collegia, ac domus Societatis existentem infra limites, & districtus raliū Ecclesiarum Capitulorum, seu personarum contrauenientium, remaneant, & sint libera, & exempta totaliter à solutione earundem decimarum, & nihil soluere teneatur villo modo de dictis decimis. Item uolunt, & bonum esse existimant, ac adiungunt expressam conditio

F. Jen

13

1011

nem, quod contenta in praesenti concordia, & illius capitibus incipiant currere, & executionem suam habere a die prima mensis Ianuarij, Anni proxime venturi M. DC. XXXIX. nam ab illa die est faciendum computum solutionis de cimarum, & perceptio illarum in conformitate supra declarata. Item omnes partes praedictae periiit, & supplicant Sa. Sissimo Patri Urbano diuina prouidentia Papae Octauo, eiusq. san. & Sedi Apostolicae, quatenus dignetur approbare, & confirmare in forma specifica, etiam per viam Motus proprii, & de certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine contenta in praesenti concordia capitibus, & conditionibus illius, cum extinctione, & annullatione dictarum litium, & causarum, & derogatione quorumcunq. iurium partium competentium, etiam cum derogatione, regulae de iure quaesito non tollendo, & privilegiorum dictae Societatis, & dispositionis iuris communis, cum expressa derogatione cap. Nuper de decimis, & aliorum iurium in fauorem praedictarum partium respectiue disponentium, & loquentium, ac quomodolibet facientium, & quod det, atq. concedat iurisdictionem necessariam executionibus istius concordiae supra declaratae, & concordatae, cum clausula subiata, & decreto irritanti, ad quem effectum dictae partes conueniunt, & concordant, quod soluent pro medietate expensas faciendas in expeditione confirmationis istius concordiae. Et cum dictis conditionibus, capitibus, reservationibus, protestationibus, reservationibus, submissionibus, & qualitatibus dicti Domini Praebendarij, & dictus Pater Ioannes Camacho, dictis nominibus conuenerunt, & concordauerunt, accomodauerunt, & transegerunt omnia iura, & actiones, quae quomodolibet pertinuerunt, & pertinent, aut pertinere possunt in, & super dictis decimis, tum propter assistentiam iuris communis, tum propter possessionem etiam immemorabilem, & Priuilegia Apostolica, specialia, & generalia, & illorum obseruantiam, & cuncta redegerunt ad dispositionem, & clausulas de quibus in praesenti concordia, & dicti Domini Praebendarij obligauerunt dicta Capitula, & Clerum respectiue, & dictus Pater Ioannes Camacho Collegia, & domos Societatis Iesu, ipsorumq. bona spiritualia, & temporalia habenda, & habita praedictorum, eorum principalium pro omnium valore, & contentorum in praesenti scriptura, & promiserunt illam habere ratam, & gratam, etique non contrauenire, nec alicui parti illius propter quamcumque causam, & rationem eamq. amitterent tanquam sententiam diffinitiuam, per iudicem competentem latam, per partes admittam, & in iudicium tractam, & pro illius executione dederunt, & concesserunt potestatem, & commissionem in sufficienti forma iudicibus supra declaratis, ad quem effectum dictus Pater Ioannes Camacho renunciauit Priuilegijs concessis dictae Societati, & submisit dicta Collegia, & illius domos iurisdictioni dictorum iudicum, vt dictum est ad hoc, vt cum omni iuris rigore, modo, & forma expressis cogant, & compellant partes praedictas ad seruandum contenta, in praesenti instrumento concordiae, & in eo concordata, & specificata, & similiter renunciarunt omnibus legibus, & iuribus facientibus, aut facere valentibus in ipsorum fauorem, nec non legi, & iuri prohibenti generalem renuntiationem ipsorum iurium, & omnes supradicti, & quilibet ipsorum in solidum iurarunt in verbo Sacerdotis dextera manu, tacto pectore, cuius Sacramenti virtute promiserunt, non reuocare, nec contrarie contentis in hac concordia, etiam in animam dictorum suorum principalium, & quod non petent relaxationem ab huiusmodi iuramento, ab aliquo, qui possit illam ipsis concedere, & quatenus concedatur eis motu proprio, illa nullo modo retrahatur, & dictus Dominus Don Ioannes Fernandez de la Rea, dixit quod hanc concordiam faciebat, & in eam consentiebat iuxta formam mandati Procuratoris Sanctae Ecclesiae Burgesis, quantum attinet ad caput. Decimum huius concordiae, quod intelligatur iuxta formam aucti mandati Procuratoris, & ita concesserunt in praedicto oppido Madriti, praesentibus presentibus Mattheo de Ayala, Francisco Perez, & Luca Pacheco, & dicti Domini Constituentibus, quos auctor cognoscere propriis se subscripserunt nominibus. Licentia Sebastianus de Huerta, Licentia Ioannis Fernandez de la Rea, Doctor Don Ioannes Perez Delgado, Don Ioannes Hurtado de Mendoza, Doctor Don Didacus de Rueda, Doctor San Cebrían Roiz & Loazes, Doctor Antonius Rubinos de Monte, Doctor Didacus Ortiz de Zayas, Doctor Ludouicus Rodriguez de Vergara, Doctor Emanuel de Balcacer, Don Thomas Serrano de Tapia, Don Ioannes de Omaña Vallejo, Licentia Iohannes Iohannes de Ozilla & Argote, Doctor Ioannes Baptista Suarez de Salazar, Doctor Don Didacus del Canto, & Riacion, Ioannes Camacho, coram me Didaco de Gauirodo Notario. Et ego Didacus de Gauirodo, auctoritate Apostolica Notarius publicus, Procurator in Tribunali Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Nuntij suae Sanctitatis, in huiusmodi Hispaniarum Regnis praemissis praesens fui. In quorum fide me subscripsi

emendatum atq. valcat



& publicari. In testimonium veritatis, Didacus de Gaurondo Notarius. Nos Nos
 tarius Publici testatus in Audiencia, & Tribunali Illustris, & Reueren. D. Nuntius in Sa
 cilitate infrascriptus, attestans, & fidem facimus supra dictam Didacum de Gaurondo, per
 quem legitur publicatum presentium instrumentum esse talem Notarium Publicum Apostoll
 cum, qualem se facit fidesim, legalem, & confidentem illius, & scriptoris coram me
 rogatis, & in die rogatus semper fuisse datam, & dari plenam, & in dubium fidem in iudi
 cio, & extra. Ideo, vt de premisis contentis ad eius instantiam presentem de dimis Madridi
 die xv. Ianuarij, anni M. DC. XXXIX. In testimonium veritatis, Eugenius de Zaazo No
 tarius. In testimonium veritatis, Christophorus Manzano Notarius. Don Augustinus Go
 telez Danila Procurator Generalis Ecclesiarum Castellae, & Legionis, Hispaniarum Lu
 douicus de la Torre, Procurator Prouinciarum Hispaniae Societatis Iesu manus propria.
 Nos inuolabili concordia, & praeiuncta firmitati, quantum cum Domino possimus consule
 re Clericumque, & Clericos praedictos specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes,
 eorum singulares personas a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis
 aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a iure, vel ab homine, quavis occasio
 ne, vel causa factis, si quibus quomodolibet innotatae existant ad effectum praesentium dicit
 taxat consequendum, hactenus absoluentes, & absolutas fore censentes, nec non firmiter
 praedictarum statum, & iurata nominaque, & cognomina iudiciali, & colligantium, ac
 Privillegiorum, & libertatum huiusmodi tenores, etiam veriores, & datas praesentibus pro
 plene, & sufficienter expressis, & insertis, habentes Moru proposito ad Cleri, vel Clerico
 rum huiusmodi, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex
 certa scientia, maturaque deliberatione nostris concordiam praedictam, & desuper conste
 tum praesentium instrumentum cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolica au
 thoritate tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, istaque inuolabilis
 Apostolicae firmitatis robur, ac confirmationis adiucimus, ac omnes, & singulos, tam iu
 ris, quam facti defensas, si qui principaliter, vel accessorie, aut alias quomodolibet inter
 uenerint in eisdem plenissime supplemus, ac ceteris Ecclesiarum Regnorum praedictorum
 Capitulis colligantibus, & quibusvis Metropolitanarum Cathedralium, Parochialium,
 & aliarum Ecclesiarum Praesulibus, Capitulis, & Rectoribus quibusvis percipientibus de
 cimas in Regnis praedictis de iure, vel consuetudine competit, ac etiam aliis eiusdem So
 cietatis domibus, & Collegiis interesse in premisis quomodolibet habentibus accedendi
 ad concordiam praedictam, sub conditionibus, & pactis in ea contentis facultatem conce
 dimus, & impartimur decernentes illa, nec non praesentes literas validas, firmas, & efficacia
 existere, & fore suasque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac a partibus
 praedictis aliisque, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inuolabiliter
 obseruari, sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Pala
 tij Apostolice Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Aposto
 licae Nuntios sublata eis, & eorum cuiuslibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &
 auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam
 quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis
 pendenciae, ac Leonis, & Gregorij nostrorumque, literis praedictis, & quoad contententes pra
 memoriam Innocentiae Papae III. etiam praedecessoris nostri in cap. Nuper de decimis, e
 tiam quoad primam eius partem, ac nostra de iure quaesito non tollendo aliisque Aposto
 licis, & in Concilijs vniuersalibus, Prouincialibusque, & Sinodalibus editis specialibus,
 vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; nec non Cleri, & illius Ecclesiarum,
 ac Societatis praefatae, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
 alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis
 eidem Clero, & Ecclesijs, & Societati illorumque Superioribus, & personis, sub quibuscu
 que tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs, derogatorijs aliisque effi
 cacijs, & in solis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis motu, scientia, delibera
 tioneque similibus in genere, vel in specie, ac alias in conerarij praeiussorum quomo
 dolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si pro in
 scienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expref
 sa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non augeam per clausulas generales, idem im
 portantis mencio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret
 illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expref
 sis formaque in illis praedicta, pro seruata habentes illis alijs in suo robore per
 mansuris, ad praenotatum effectum specialiter, & expresse derogamus ceterisque
 contrariis quibuscumque; volumus autem, vt quoties dicta Societas bona, & inuolabilia


9 quatuor / 11 sales

loc-

locabit ultra triennium, vel conductus ab alijs, aut illa concedet, vel accipiet in emphiteu-
sino ad certum tempus, vel in perpetuum toties beneplacitum Apostolicum imperare,
& expedire teneatur alioquin locationes, ac in emphiteusim, concessiones, ac accepta-
tiones huiusmodi nullae sint eo ipso. Dat. Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annullo
Piscatoris, die III. Septembris M. DC. XXXIX. Pontificatus nostri, Anno XVII. Lo-
cus & Annulus. Marcus Antonius Maraldus, ^{et conductor bonae}

Præsentis copia cum additionibus (in his duodecim folijs impressis) positis in fine illius paginarum
sumpta fuit à quibusdam litteris Apostolicis originalibus in forma Brevis sub annullo Ref-
redioni ad motem Romanae Curiae expediri non vitari, neq. cancellari, neq. in aliqua earum
parte suspensae, sed omni prorsus vitio et suspitione carentibus pro ut prima facie apparebat mihi
exhibitis et exhibenti Relatijs cum illis concordat et fiat In quorum fidelibus Didacus
de Gaurondo Notarius auct. Apticae publicae causarum procurator in Tribunali Romae et Romae
Omnium in his Hispaniarum Regnis in hoc oppido Madriti Toletan. diocesis die Vnde
Januarij anni MDCXXXIX. hic me subscripsi et subdignari requisitus

In Testimonium  Veritatis

Didacus de Gaurondo
not. 

187
The following is a list of the names of the persons who have been appointed to the various offices of the Board of Directors of the National Bank of Commerce, New York, for the year ending December 31, 1900.

President: J. P. Morgan
Vice Presidents: J. D. Rockefeller, J. C. Schellenger, J. H. Morgan, J. B. Morgan, J. F. Morgan, J. G. Morgan, J. K. Morgan, J. L. Morgan, J. M. Morgan, J. N. Morgan, J. O. Morgan, J. P. Morgan, J. Q. Morgan, J. R. Morgan, J. S. Morgan, J. T. Morgan, J. U. Morgan, J. V. Morgan, J. W. Morgan, J. X. Morgan, J. Y. Morgan, J. Z. Morgan
Cashier: J. P. Morgan
Treasurer: J. P. Morgan
Directors: J. P. Morgan, J. D. Rockefeller, J. C. Schellenger, J. H. Morgan, J. B. Morgan, J. F. Morgan, J. G. Morgan, J. K. Morgan, J. L. Morgan, J. M. Morgan, J. N. Morgan, J. O. Morgan, J. P. Morgan, J. Q. Morgan, J. R. Morgan, J. S. Morgan, J. T. Morgan, J. U. Morgan, J. V. Morgan, J. W. Morgan, J. X. Morgan, J. Y. Morgan, J. Z. Morgan

